



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Quæ limitationes ultra supradictam limitationem mensium dicta 8. regula
habeat. §. 3

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

Sed contra, quia eo ipso, quod de reservatione non constat, non est dubius ordinatus, sed certus reservatum non esse, saltem ex presumptione iuris. Tum quia reservatio est odiosa. Tum quia est quid facti. Tum quia ordinario competit beneficium suae diocesis prout, dum non probatur reservatio, ex dicto *cap. ex frequentibus de institutionibus*. Ergo nequaquam in hoc dubio Pontifici competit prout iure reservationis. Ergo si prout, tanquam prout, sine vero titulo repellendus est. Et confirmo, cum pontifex supradictum beneficium prouidet vel illud prouidet et reservatum, vel ut non reservatum; ut non reservatum nunquam fuit eius animus prouidere; ut reservatum vero prouidere non potest; quia prius reservationem, debet cognoscere. Ergo si absque tali cognitione prouidet, nulla est eius prout, & prout nulum ius ex vi illius acquirit, quantumvis possessionem accepit: sic docet Garcia, *par. de benef. cap. 1. n. 528*.

6 Neque videntur fundamenta pro contraria parte adducta. Ad primum admitto ex possessione beneficii dominii illius praesumptum, dum ignoratur illegitimo titulo esse acquisitum, secus si de illegitimo titulo constaret, ut contingit in praesenti; quando possidens beneficium possidet illud ut sibi datum iure reservationis, cum tamen reservatum non sit, ac prout iam constat de illegitimo titulo. Non ergo est mirum, quod prout ab ordinario, aduersus illam praesumat. Ad secundum nego probationem reservationis non competere sic possidenti: competit namque cum sit fundamentum suae intentionis, prout ab ordinario competere non potest, quia dum reservatio non probatur, habet pro se iuris praesumptionem. Qui autem iuris praesumptionem habet, sic habet suam intentionem fundatam, ut transferat in aduersarium etiam possidentem onus probandi. *Couarr. lib. 2. var. cap. 6. num. 1. Malcard. quest. 17. n. 6. Alciat. de praesump. 3. p. num. 2. Pacian. tract. de probat. lib. 2. cap. 12. Menoch. de praesump. lib. 11. quest. 33. n. 2. Garcia sub. num. 30.* Imo ita habet suam intentionem fundatam ut ab ea dimoveri non possit, dum ei aliqua exceptio plene probata non obicitur, ut relato Barr. Ripa, & aliis tradit ipsemet Gonzalez *gloss. 1. n. 47*. Possessio autem huius prouti Apostolici non est exceptio aduersus proutum ab ordinario, quia est illegitima accepta & quia habet contra se iuris praesumptionem. Ad tertium concedo in casu dubio, & cum patrum sunt iura obicere, fauendam esse potius eo quam auctori, & possidenti, quam carenti possessione. At in praesenti neque est casus dubius, neque partium iura sunt obicere. Nam est dubium sit, & obicere, an beneficium mense Apostolico, an ordinario vacauerit, at non est dubium, neque obicere ordinario competere eius proutionem, dum non apparet mense Apostolico vacasse, neque etiam est dubium, aut obicere Pontifici non competere eius proutionem iure reservationis, dum non apparet reservatio.

§. I II.

Quas limitationes vltra supradictam limitationem mensium dicta reg. 8. patiat.

- 1 Haec reservatio limitatur, ut solum habeat locum pro vita Pontificis
- 2 Non extenditur haec reservatio ad beneficia vacantia in curia
- 3 Neque extenditur ad beneficia alias reservata, quidquid dicit Garcia.
- 4 Reservantur beneficia vacantia quocumque modo aliis quam per resignationem.
- 5 De qua resignatione regula loquatur.
- 6 Sub resignatione intelligitur permutatio.
- 7 Quilibet mense resignare potest beneficium, vel permutare in manibus ordinarij.
- 8 Quocumque ius in supradictis beneficiis habens, conseruet reservationem.

1 Non solum haec regula adstringit reservationem pro mensibus octo, sed etiam pro vita ipsius Pontificis, pro loca extra curiam, & pro vacationis modo ad resignationem distincti, quidem dicit Pontifex omnia supradicta beneficia reservare vique ad suae voluntatis beneplacitum extra Romanam curiam alias quam per resignationem quomodolibet vacatura, ad collationem, Praesentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem quorumcumque collatorum.

Et quibus verbis constat hanc reservationem solum pro vita Pontificis durare, quia solum durante eius vita, state eius beneplacitum potest. *cap. gratiosè de reser. in 6. Et ibi gloss. l. 4. ff. licet. Couarr. lib. 3. var. c. 1. n. 2. Mol. de Hispan. primogen. lib. 2. c. 2. n. 4. Mol. de iust. r. 2. disp. 298. Et r. 5. disp. 20. num. 5. Thom. Sanchez. lib. 8. de matr. disp. 28. n. 49. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. §. 5. proem. ad num. 8. Et gloss. 12. n. 1. Garcia, §. par. de benef. cap. 1. n. 643.*

2 Secundo constat non extendi hanc reservationem ad beneficia vacantia in curia, & merito quia haec reservata etiam

reservatio fortiori, & efficaciori in corpore iuris clausa, *r. 2. de prabend. in 6.* Non igitur indigebant hac regula reservatione.

3 An vero extendatur ad beneficia alias reservata. Affirmat Garcia, §. p. de benef. r. 1. sub num. 540. ea motus ratione, quia haec regula solum excipit beneficia vacantia in curia; hoc est apud sedem, iuxta *cap. licet de prabend. in 6.* reliqua vero reservata proprie non vacant in curia, sed improprie, quatenus à curia prouidentur. *Put. decis. 366. lib. 2. n. 1.* Ergo cadunt sub hac reservatione.

Contrarium mihi probabilis videtur cum Gonzalez *reg. 8. Cancell. gloss. 13. n. 65.* Puteo *decis. 125. lib. 3.* Quia haec regula solum reservat beneficia, quae alias ordinarij prouidere poterant, Tum quia ad octo menses reservationem limitat, & quatuor liberos ordinarij relinquit, quod in beneficiis reservatis nequaquam locum habere potest: horum enim proutio est omni tempore ordinarij interdicta: quia omni tempore reservata sunt, Tum quia loquens regula de alternatiua episcopis concessa, expressè dicit esse pro beneficiis aliis dispositioni Apostolicae non reservatis, vel affectis. Ergo de eisdem beneficiis procedere debet reservatio, ut vna pars regulae cum alia convenientiam haberet. Tum quia in supradicta regula cauetur impetantem à sede Apostolica aliquid beneficium vacans in mense apostolico, ac prout ex vi huius regulae reservatum debere mentionem facere mense vacationis, ne ordinario praesudicetur in collatione. Sed in beneficiis aliis reservatis (esto vacent in mense Apostolico) non est necesse huius mensis facere mentionem, ut expressè tradit Puteus *decis. 25. lib. 1. Mandos. de signatura grat. r. de prout. vers. an autem in imperatione. Rota decis. 122. lib. 1. par. 3. divers. Garcia §. p. c. 1. num. 666.* Ergo regula haec de beneficiis aliis reservatis non loquitur. Neque oblat quod haec beneficia aliis reservata proprie non vacent in curia, seu apud sedem; quia non omnia, quae extra curiam vacant, haec regula reservantur, sed ea tantum quae aliis ordinarij collatoribus competere poterant quia haec regula ad restringendam ordinarij potestatem expedita fuit, ut constat ex eius proemio.

4 Tertio inferitur reservari beneficia quocumque modo vacatura, aliis quam per resignationem. Vnde si vacent per obitum, siue per incompatibilitatem, siue alio quovis modo excepto per resignationem, sub hac reservatione comprehenduntur, sic Gonzalez *gloss. 15. num. 1. & 2. Garcia de benef. §. p. c. 1. num. 547.* Barbola *3. par. de possess. episc. alleg. 57. num. 195.* Et procedit regula non solum in vacatione de iure, & de facto, de quo non est dubium, cum tunc plene beneficium vacet, sed etiam in vacatione de iure tantum, aut de facto tantum: sic Garcia, Barbola, & Gonzalez, *supra r. 1.* Et quidem quando de iure vacat beneficium, verè vacare dicitur; si quidem amittitur ius plenum & perfectum, quod in beneficio habebatur. *cap. si gratiosè. de reser. in 6. Et cap. si tibi absentis. vers. licet ibi ius in ipso beneficio, ut num. dici possit. de prabend. in 6. cap. unico in c. gloss. verbo obtinendis. de eo qui mittitur in possessione in 6. regul. beneficium de reg. iuris in 6. & est expressus textus in Clem. 1. §. nemo ut lise pendente. & tradit, pluribusque exornat Gonzalez *gloss. 15. §. 1. n. 14. Barbola alleg. 57. num. 95. Garcia §. p. de benef. cap. 2. num. 548.* Si autem de iolo facto beneficium vacat, etiam verè vacare dicitur, satis eruditè probat Gonzalez *num. 42. Et seqq.* ea proutipue ratione, quia possessio ius in beneficium confert, & dominium illius praesumere facit, dum constat non probatur, quod non leuiter colligitur ex *Clem. 5. §. quod si vnum. ut lise pendente*, ubi ad iudicandum an in curia vel extra, beneficium vacauerit, spectatur vacatio per possessorem illius.*

5 Excipitur vacatio per resignationem. Sed de qua resignatione intelligatur, de tacita, an de expressa; de simplici an conditionali, dubium est. Expressam resignationem voco, quae verbis expressis fit, ut si beneficium à te habitum in manibus superioris relinquas ab illo prouidendum. Tacitam appello, quae ex à te factis iure ipso inducitur, ut si secundum beneficium obitineas cum primo habito incompatible, si contrahas matrimonium, si professionem in religione approbata emittas; si militiae nomen dederis, &c. iis, & aliis modis de quibus lae Flamin. *de resign. lib. 1. quest. 1. n. 9. Et seqq.* tacite ceteris beneficio habito renunciare. Simplex vero resignatio est, quae purè simpliciter & absque vlla conditione fit. Conditionalis, quae sub aliqua conditione fit, ut si resignes beneficium ea conditione, ut Petro conferatur reservata aliqua pensione, vel non reservata. Flamin. *de resign. lib. 1. quest. 2. per totam.*

Et quidem supradictam reg. 8. Cancellariae solum excipere resignationem expressam, & non tacitam pro certo affirmandum est cum Gonzalez *gloss. 14. num. 65. Garcia §. p. de benef. r. 1. num. 544.* eo quod resignatio tacita non est proprie resignatio, sed beneficii habitus amissio à iure inducta & verba legis non debent absque manifesta ratione ad improprias significationes declinari. Sed an excipiat resignationem expressam, simplicem, aut conditionalem, an vtramque non ita certum est. Vtramque resignationem excipere affirmat Gonzalez *gloss. 14. num. 29.* ea motus ratione, quia generaliter, & indistinctè lo-



quirit. Ergo de omni resignatione propria intelligi debet. Cum autem resignatio tam simplex, quam in fauore propria resignatio sit; de utraque hec regula debet intelligi. Mihi dicendum videtur cum Garcia 5. de benef. cap. 1. a. num. 54. 2. solum resignationem simplicem, quæque in manibus ordinarij fieri potest excipere. Mouet, quia ex subiecta materia colligitur de sola hac resignatione regiam loqui. Nam referuat beneficia quocunque modo vacatura extra Romanam curiam alijs non potest beneficium per resignationem conditionalem, vt est expressa constitutio Pij V. §. 8. & tradit Glossa in cap. ex parte de officio delegati. Sed solum per resignationem simplicem, quia hanc solum ordinarijs admittere potest & beneficium ex vi illius vacans providere. Ergo de sola illa regula intelligitur. Item regula præcedit facultatem ordinarij de beneficijs providendis correctate, sed ordinarij non habet facultatem providendi vacantia per resignationem in fauorem, cum hæc vacent in curia, & sint Pontifici affecta. Ergo de ijs beneficijs regula non intelligitur. Neque inde sit hæc beneficia vacantia per resignationem conditionatam ex vi huius regulæ referuata esse: siquidem solum à referuatione excipiuntur vacantia per resignationem simplicem. Quia esto ex illis verbis alias quam per resignat. non excipiuntur ab hac referuatione vacantia per resignationem conditionatam: excipiuntur tamen ex illis verbis extra Romanam curiam, cum hæc non extra curiam, sed in curia vacent, & notauit Garcia d. cap. 1. num. 542.

Verum etsi supradicta regula solum excipiat beneficia vacantia per resignationem simplicem, neque excipiat, neque comprehendat vacantia per resignationem conditionatam. At sub exceptione simplicis resignationis comprehendit resignationem ex causa permutationis factam. Cum quia permutatio est vera resignatio, cap. unico, de rerum permut. in 6. & Clem. 1. eodem tit. & non est propriè resignatio in fauorem cum loco fauoris resignatorio facti alium æqualem ab ipso recipiat. Tum quia ordinarijs hæc resignationes, seu permutationes admittere potest, vt expressè habetur in dicta constit. §. 8. Pij V. & ita hæc resignationes ex causa permutationis exceptas esse ab hac regula docet Gonzalez gloss. 1. a. num. 32. Garcia, p. cap. 1. a. numero 543.

7 Hinc fit te posse quolibet mense beneficium alijs non referuatum in manibus ordinarij resignare simpliciter vel ex causa permutationis, siquidem vacans ex hoc titulo non referuatur, Gonzalez, & Garcia supra, Pafleus in praxi Episcop. 2. p. cap. 5. num. 9. Gracian. discip. forens. cap. 159. num. 4.

8 Quarto ex supradictis verbis ad collationem, presentationem, &c. inferitur quomodocumque in supradicta beneficia ius habeas, siue ius presentandi, siue eligendi, siue conferendi, esse sedi Apostolicæ referuata, si hoc ius tibi competat ex officio, vt Episcopis; siue ex priuilegio, siue ex fundatione, siue ex prescriptione, nisi sit ius patronatus laicale, aut mixtum. Imo etiam si in fundatione diceretur, quod non inter referuatio, adhuc intrare debet, quia legis efficacia impeditur non potest, Gonzalez gloss. 1. num. 39. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. num. 610. Barbosa 3. p. de potest. episcop. alleg. 57. in fine. Solum videtur excipiendum ius conferendi beneficium non perpetuum, sed temporale, hoc est ex aliquo indulto concessum pro limitato temporale, seu ad vitam. Quia hoc non videtur sub referuatione cadere. Nam ex tali concessione beneficii prouisio contingens in omnibus mensibus illius temporis tibi priuilegiato adiudicatur. Non igitur ex referuatione mensium huic indulto censendum est derogatum potius ipsum indultum sit referuationis derogatio, seu dispensatio. Gonzalez gloss. 21. a. num. 19. & 29. Garcia 5. p. de benef. cap. 1. a. num. 619. Barbosa 3. p. alleg. 57. in fine. Subditur vero quorumcunque collatorum, quorumcunque inquam, siue ordinarij, vt Episcopi, aliqui habentes beneficia cum collatione extraneæ, execrabilis. §. ceterum ordinarij de præb. cap. 6. cui 42. elect. siue extraordinarij sunt, hoc est priuilegio, alioque iure specialis: omnia enim hæc beneficia referuantur. Gonzalez gloss. 21. num. 35. Garcia num. 610. Sub nomine collatorum presentatores, electores, aliique dispositores intelliguntur, siquidem regula nostra præmittens referuationem beneficiorum pertinentium ad collationem, presentationem, electionem, &c. non dixit quorumcunque presentatorum, electorum, prouisorum, sed tantum collatorum; indicans sub hoc verbo presentatores, electores, & quolibet dispositores comprehendit, vt bene notauit Gonzalez gloss. 16. numer. 11. Garcia d. cap. 1. num. 621. Adicitur collatricum & merito quia licet regulariter masculinum concipiat in se feminum l. 1. ff. de verb. signific. l. si quis id ff. de iuris d. omnium iudicium, & tradit Socin. reg. 252. Tiraq. de retract. lignager. gloss. 9. num. 179. Galp. Brea, tract. de non meliorand. filiar. ratione dotis. cap. 11. ex n. 11. Et seqq. tamen hoc non propriè fit, sed extentione desumpta ex mente disponentis. Gloss. & doctores in d. l. 1. ff. de verb. signific. quæ mens colligi non poterat in correctoris iuris communis, vt bene tradit Socin. sup. fall. 9. & Tiraquel. a. num. 179. Sed hæc regula referuata corrigat ius commune ordinarij collatoribus facultatem conferendi limitans. Ergo de feminis intelligi non poterat. Quod à fortiori procedit si verbum collatorum

comprehendat non solum presentatores, sed electores, confirmatores, & proprios collatores. Nam feminis iure interdictum est beneficia ecclesiastica conferre, & solum ex priuilegio sedis Apostolicæ, vel personali, vel reali annexo alicui dignitati eis competenti, competere potest. cap. dilect. de maior. & obedien. & ibi gloss. Sed ea quæ sunt extraordinaria, & à iure aliena, non videntur communi, & ordinaria regula comprehendit. Ergo non debebant ceteri comprehendere mulieres conferentes beneficia sub nomine collatorum. Merito ergo additum est collatricum, vt omnis dubitatio aufertur: sic Gonzalez 101. a. gloss. 22. Ponitur autem verbum collatorum, & collatricum, in numero plurali, quia sub numero plurali de beneficijs locutus Pontifex fuerat, vt sic verba inter se aptius conuenirent. Sed non inferret beneficium pertinens ad vnus collationem, presentationem, electionem, &c. non referuatur vtique; quia pluralitas resoluunt in singularia. leg. falsa 33. §. ff. de condition. & demonst. l. Lucius. 78. §. Cui Sexto. ff. ad Trebel. & docet Simonetta de referuat. q. 9. Garcia 5. p. de benef. c. n. 618. & pluribus exornat Gonzalez 21. a. n. 1.

§. IV.

De exceptione Cardinalium, & beneficiorum concordatorum, apposita in hac regula.

- 1 Explicatur exceptio.
- 2 De solis Cardinalibus ordinarijs collatoribus hæc regula excipio intelligitur.
- 3 Beneficia simulanea collationis Episcopi & capituli vacantia in mense Apostolico à Cardinali simul cum capitulo prouidentur.
- 4 Quid in beneficijs alijs referuatis? Probabilius videtur solum Cardinalem prouidere posse, esto contra sententiam Gonzal.
- 5 Que beneficia indulta Cardinalium comprehendantur? siue respondetur.
- 6 Si contingat Cardinalem Episcopum negligentem esse in provisione, denotatio sit ad eum, ad quem de iure alius prouidebat, & non ad Pontificem.
- 7 Cardinalis Episcopus non potest prouidere beneficia referuata vacantia tempore sui antecessoris, nisi speciale indultum habeat.
- 8 Beneficium vacans in mense referuato tempore quo erat Cardinalis Episcopus, neque fuit ab illo prouisum, potest à successore Episcopi prouideri.
- 9 An hæc regula excipiens Cardinales, excipiat Cardinales absentes à curia? Affirmatine responderetur.
- 10 Reges, & principes ob eorum altitudinem non comprehenduntur in generali referuatione.
- 11 Beneficia concordata excipiuntur, & quæ hæc sint.

1 A Supradicta referuatione excipit Pontifex tum beneficia pertinentia ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales. Tum quæ sub concordia concessa à Sede Apostolica, & à parte acceptata, & obseruata prouidentur. Inquit enim regula, Omnia beneficia ad dispositionem quorumcunque collatorum quomodolibet pertinentia dispositioni ius Pontifex generaliter referuauit; non tamen sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales aliorum sub concordatis inter sedem apostol. & quoscunque alios iuris, & per eos qui illa acceptare, & obseruare debebant acceptatis, & obseruatis, quæ cadere non intendit, comprehenditorum.

Ex quibus verbis liquido constat Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ comprehensos non esse in hac mentione referuatione, ac proinde relinqui liberos ab hac referuatione.

2 Sed est dubium de quibus Cardinalibus loquatur regula, an de omnibus, an de solum ordinarijs collatoribus? Affirmandum est de solis ordinarijs collatoribus loqui. Quia solum iis fauere Pontifex intendit. Quod satis insinuat Pontifex eorum signum vniuersale apponens, cum de exceptione Cardinalium loqueretur; cum tamen illud apposuerit, cum de collatoribus sermone faceret. Dixit enim quorumcunque collatorum, vt ex hac diuersitate colligeres quoscunque collatores siue ordinarios siue extraordinarios comprehendit, non tantum in exceptione comprehendit omnes Cardinales, sed solum ordinarios; quia horum prouisio fauorabilior est, eaque de causa in derogatione indultorum Cardin. indulta Cardinalibus ordinarijs collatoribus concessa censetur referuata, teste Achil. narijs collatoribus concessa censetur referuata, teste Achil. d. eis 348. alias 2. num. 1. & per tot. de priuileg. Par. d. eis 411. l. b. 2. & d. eis 93. l. b. 3. Alijs si Card. extraordinarij collatores, vt est legatus in sua prouincia, comprehenduntur in exceptione huius regulæ, non indigent indulto ad prouidendum beneficia vacantia in mense Apost. referuato, vt verè indigent beneficium illis conceditur. Dicendum ergo esse solos Cardin. ordinarios collatores, & non extraordinarios, & ex priuilegio excipi, non ta apud Gregent. aciesi 217. alias 20. de præb. Gonz. pluribus comprobans gloss. 2. a. num. 38. Garc. 5. p. de benef. c. 1. n. 624. & c. 3. n. 53.

